

huiusmodi pseudomarchionis introducti detecta dictus Lodo-
vicus marchio statum pristinum et principatum domini recuperavit.

Porro anno domini 1361 in mense februario pluribus noctibus
successive celo quidem sereno apparuit tanta accensione in re-
gione aeris versus aquilonem, ut clemente tota regio aeris ar-
dere videretur. Unde in ciuitatibus et villis homines huiusmo-
di incendium videntes, putantes singuli quicquid proximi sibi
vicos ac villas incensos et ex tali incendio regionem aeris appa-
reere taliter inflamatam, cum clamore et pulsatione sicut
est moris campanarum ^{u)} concurrentes ad incendia mirabiliter obser-
abant. Ideo namque huiusmodi aeris ^{v)} accensionis splen-
dor illuxit, ut claritatem lucis lune tunc lecide splendentis
suis radius obfuscaret.

Habuit claque Carolus imperator III. ex Anna augusta
filium, quem ipse cum regalibus pompis fecit in villa re-
gia Niorenborch baptisari convocata propter hoc ibidem curia
celobi principum et prelatorum baronum et milium pluri-
morum. Quem quidem filium Wilhelmus archiepiscopus ^{x)} bolo-
niensis de sacro fonte suscepit conferens eidem iocalice
ex auro pariter et argento platinum preciosa.

Rex Francie sponte veniens in Angliam ad
obsequium, ubi defantus est.

Demde postquam Iohannes rex Francie per Eduardum regem
Anglie a captivitate sua dimissus in regnum Francie fuerat
restitutus, reliquit idem rex Francie post se in regno Anglie

^{u)} campanis ^{v)} aere ^{x)}

Folium Crim.
2, 23, 37.